Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26279
Copyright: Admont, Benediktinerstift



41

principes accusare propt̃ inuidiam. sic & illi
intellegebant regis animum. quod uellet da
nielem de p̃senti morte eruere. Unde iuxta
legem medorum atq; p̃sarum dicunt regis
iussa non posse irrita fieri. Dixitq; rex dani
eli. D̃s tuus quem colis semp ipse liberabit te.
Credit multitudini. & consentientib̃ aduersariis
mortem amici non audet negare. quodq; ipse
optinere ñ potuit dei tradidit potentiẹ. Hec am
bigue loquitur ut dicat si potuerit liberare te.
sed audacter & confidenter d̃s inquit tuus quem
colis semp ipse liberabit te. Audierat enim tres pue
ros qui inferioris adaniele gradus erant flammas
uicisse babylonicas. & danieli multa mysteria re
uelata. Unde & diligebat eum. hominẽq; captiuum
habebat in honore maximo. Allatusq; est lapis
unus. & positus sup os laci. quem obsignauit rex
anulo suo. & anulo optimatum suorum. Obsignat
anulo suo lapidem quo os laci claudebat̃. ne quid
contra danielem moliantur inimici. Credit enim
dei potentiẹ. & qui de leonib̃ securus est de homi
nibus p̃timescit. Obsignat aut̃ & anulo optimatum